

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Dreizehnter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1888.

Ein Brief des Abts Bern von Reichenau.

Mitgetheilt von Dr. A. Holder.

Der Codex Aug. CXLVI saec. XI der Karlsruher Hofbibliothek, aus welchem SS. XIII, p. 247, die *Genealogia regum Francorum* abgedruckt ist, enthält f. 112' von einer anderen Hand den folgenden Brief des Abtes Bern von Reichenau (1008—1048) an den Bischof Warmann von Constanz (1026—1034), welcher, da Konrad II. noch König genannt wird, vor dem 26. März 1027 geschrieben sein muss; Warmann aber erhielt die Bischofsweihe am 20. oder 21. Sept. 1026¹.

Domno antistiti .W. iusto veri Sadoch sacerdotis filio .B. quaecumque vas in domo magni patris familias, per boni operis sacrificium aeternae contemplationis intrare gazofilacium.

Quoniam fidi pectoris vestri sanctuarium mihi tutum semper fuit asyllum, ideo securus ad id confugio, quociens aliquo necessitatum constringor articulo, ut ubi pridem consolationis habui remedium, ibi nunc renovati laboris iterum inveniam refrigerium. Scitis enim, quantis molestiarum turbinationibus nuper apud regalem curtem sum iactatus, quando dominae reginae, necnon et archipresulis venerandi .A.² vestrique pio suffultus iuvamine in aliquod securitatis litus me putabam vel ad tempus enatasse. Sed ecce dum nescio, subito me retroactum in mediis pene undis video. Igitur ille quem bene nostis Wolfrat ('frat' auf Ras.)³, cuius vocabulum iure mihi videtur interpretari posse lupi consilium, meae calamitatis in hoc tempore initium, non cessat nomini suo simul et moribus consonum contra me exercere officium, dum lupino me dente assidue mordet et lacerat, publice ac privatim me arguens mendacii eo quod sim immemor erga eum promissi ac regii transgressor precepti, cum vos et precepti pariter et promissi testes esse

1) Bresslau, *Jahrbb. d. Deutschen Reichs unter Konrad II.*, I, S. 189.

2) Aribo von Mainz. Der König befand sich damals in Italien. 3) Wolfrat II. von Veringen starb 1065, III. schon vor 1065.

si dignamini possitis idonei. Lactat ubique sibi curtes nostras Birniggun, Emphingun, Biniztorhp¹, promissas esse, idque agens ordinis nostri statum pene debilitat, animos fratrum conturbat, illud apostoli dictum² ignorans: 'Qui vos conturbat, portabit iudicium quicumque est ille'. Enim vero cum me per domnum episcopum nostrum aliosque super hac re satis temere et moleste interpellasset, rationabiliter ut multis visum est inducias postulavi, usque dum vobiscum pertractarem, si quomodo et secundum senioris nostri placitum respondere valerem, asserens me id omni nisu elaborare velle, ut siquid verbis promitterem operibus adimplerem. Quo audito, recessit indignans et amarus animo, non desinens procacitate linguae quas libuit minas proferre. Nunc igitur quoniam vos inter .LX. ex fortissimis Israel Salomonis nostri lectulum ambitis³, et gladium spiritus tenetis manu vestra ad bellum doctissima, Dei ovile a lupi huius morsu defendite, ut nos pro domni regis nostri vestrorumque omnium salute, absque timore valeamus instanter orare.

Von anderer Hand saec. XI folgt auf Blatt 113 ein Verzeichnis arabischer Namen von Sternbildern des Thierkreises, welches vielleicht auf Hermannus Contractus zurückzuführen ist.

.P.	.G.		
XXIII.	LXV.	Libra.	Alramech.
XVI.	LXXI.	Scorpio.	Elfeca.
XXIII.	LVII.	Sagittarius.	Alhauue.
XIII.	LIII.	Capricornus.	Altair.
XXV.	LVIII.	Capricornus.	Delfin.
XXX.	LXV.	Aquarius.	Alferaz.
XII.	CXI.	Taurus.	Alhadib.
XXVIII.	LXXIII $\frac{1}{2}$.	Capricornus.	Alrif.
I.	LXXII.	Capricornus.	Vuega.
XVIII.	LXXIII.	Libra.	Benenaz.
XXV.	XIII.	Scorpio.	Calbalagrab.
VIII.	XV.	Libra.	Alchimech.
XVIII.	XL.	Virgo.	Algurab.
I.	XXXVI.	Cancer.	Alhabor.
VIII.	XXXVIII.	Gemini.	Rigel.
XX.	XXXVI.	Aries.	Goitozpatan.
XX.	XXXV.	Pisces.	Gaitozdereb.
VIII.	XVIII.	Aquarius.	Inedideneba.
XXVII.	LXI $\frac{1}{2}$.	Taurus.	Aldabran.

1) Jetzt Bierlingen, OA. Horb, Impfingen bei Haigerloch, Sigmaringen, und Binsdorf, OA. Sulz, s. Urk. Walahfrids vom 1. Sept. 843, Wirtemb. Urkundenbuch I, 108, S. 124. 2) Galat. 5, 10. 3) Cant. 3, 7.

XVIII.	LV.	Gemini.	Manchal gauze.
XII.	LVI.	Cancer.	Algoize.
VI.	LII.	Leo.	Aldirach.
XVIII.	LXI.	Leo.	Calbalazeta.
X.	LXXI.	Taurus.	Algol.
III.	LXXIII.	Gemini.	Alhaioch.
XVIII.	LXXV.	Leo.	Algeba.
XXVI.	LXXII.	Cancer.	Egreuez ¹ .

1) 'u' zu 'i' rad.